prietatis ac cuiusvis Competentiis et praerogativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout praemissa omnia et singula ipsammet Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime serviebant, Iam exnunc et defacto Generoso Stanislao Lubikowski eiusque posteris cessit et condescendit, prout cedit et condescendit praesentibus, omneque et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Stanislai Lubikowski Cessionarii sui, eiusque posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus, Per ipsum Generosum Stanislaum Lubikowski Cessionarium suum et ipsius successores hoc idem Ius praesens cessum, summamque suprascriptam praesentibus per se Recognoscentem obtentam cum universis ipsius utilitatibus et usufructibus Competentiisque et praerogativis quaevis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, summam praefatam Trecentorum Florenorum polonicalium per se Recognoscentem transfusam tollendi levandi, et percipiendi, de levata et percepta quietandi, pro eademque si non fuerit soluta iure agendi processus quosvis Iudiciarios instituendi ac inchoandi, et ad debitum executionis finem perducendi praemissaque omnia tanquam sua propria ad suos et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, Iuris praefati Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque Cessi et transfusi vigore.

Vigore Laudi Feria Tertia in Crastino Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae: Anno Domini 1mo 6o 6o 9o 25/VI 1669

Perlecka Popielowey Donat.

7410.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Marusia Perlecka olim Nobilis Iwan Bereznicki cum olim Nobili Marusia Lomnicka procreata Filia Consorsque olim Nobilis stephani Perlecki Firlab derelicta Vidua sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus ut propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet secum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria in fundo videlicet Dwa Zagony Pola, od Granicz do granice se se protendentia sibi Recognoscenti pro solutione Dotis se de bonis Paternis et Maternis concernenti, per olim praefatum Parentem suum pedita et in huncusque pacifice per se possessa in Bonis Villae Bereznica Terrae et Districtus praesentibus Premisliensis consistentia, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis nihil ex praemissis Iuris Dominii, proprietati, ac cuiuscumque competentiae et praerogativae prose Recognoscente suisque successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsamet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, tam ex nunc et de facto Nobili Tennae olim Nobilis Warlo Popiel Czarnohoski Consortis derelictae Viduae, sui vero Recognoscentis sorori germanae eiusque posteris dedit donavit inscripsit et resignavit Prout praesentibus dat, donat, inscribit, et resignat, perpetue et in aevum In quae quidem bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per te Recognoscentem donata ipsaidem Suprascripta Recognoscens praefatae Donatariae suae et eius posteris, tam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem, per Ministerialem quemcumque competentem et Nobiles quo die quacumque voluerint officiose acceptandam. Per ipsam Donatariam

nam suam et ipsius successores hac eadem bona praemissaque omnia
praesentibus donata, cum universis praemissorum utilitatibus et usu
fructibus, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifi-
ce utifruendi, ac ad suos suorumque successorum quosvis bene placitos
usus quoque liberè et effectualiter convertendi, modo et iure hae-
reditario. Debetque et tenebitur memorata Regni, prout tene
suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus sum-
misque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis praefatis Donata-
riis suis et eius posteris inscribit et obligat praesentes ipsam et eius
successores in dictis bonis praemissisque omnibus, praesentibus resignatis ab
omni et quavis Impetitione Sinistra, quarumcunque personarum cu-
iuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existentium exoriunda
in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit
per omnes Praescriptiones Terrestres, prout ad Qualibet personam
Terrestrem spectat et pertinet praescriptio tueri, defendere, evincere in-
tercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, nec non hac ea-
dem bona, praemissaque omnia praesentibus resignata, ab omnibus in genere
Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bo-
na praemissaque omnia praesentibus modo praemisso inscripta cuiusvis perso-
narum modo quovis factis et faciendis. Tum etiam à quibusvis
Citationibus in eadem bona praemissaque omnia praesentibus donata im-
portatis et importandis, Lucris denique et perlucris, processibusque Iuris
quibusvis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis
Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus
praesentibus resignatis, perductis et perducendis emundare et eliberare,
mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefa-
tam, bonorum officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum
praesentibus donatorum semper Ministerialem et Nobiles Duos Officiose re-
quiretur non denegare, imo debebit et tenebitur [illegible]

dare

dare et effectualiter admittere, Dataq et admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, Ipsamq Donatariam suam et eius Posteros in praemissis omnibus nullo modo inviriari, ita ut eadem bona praeteris resignata cum universis eorum Utilitatibus, et usufructibus, eadem Donataria sua cum suis posteris quiete et pacice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq usfrui possit, perpetuis et diuturnis temporibus, Idq sub Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem sive eius successores, praefatis Donatariae suae et illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citata existens memorata Regina Nobilis Marina Perlecka, olim Nobilis Iwan Bereznicki, cum olim Nobili Marina Lomnicka procreata filia Consors vero olim Nobilis Stephani Perlecki Sirlab derelicta Vidua sive eius successores ad Instantiam praenominatae Nobilis Bennae olim Nobilis Wasko Popiel Czarnołozic Consortis derelictae Viduae sui vero Recognitis sororis germanae Donatariae suae vel ipsius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc vere seu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, reddere Damna praetanta Terrestria simpliciter absq corporali Juramento taxata

luere

luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia insumbit et obligat, pr[illegible], Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera, infirmitate, pro maiori, minorennitate, succursu, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac cautiones protestationes faciendo, ac praemissa omnia per suis simplicibus vel triplicatis citationibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi ~~g~~. Feria Quinta ante Festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxima 27/VI 1669

Anno Domini 1mo. 6mo. 6. 9.

Bilinski Labso Oktar Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Lucas Bilinski Scaffran, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, seum sue corporibus actionis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in

corporando